

Q. D. B. V.

PRÆPARATIONEM NATALITIAM

*b. e.*

Pias Meditationes

de

PRÆSEPIO  
CHRISTI,

tum

IN CORDE, IN ORE, IN OCULIS,

tum

IN TEMPLO, IN CURIA, IN ÆDIBUS,

IN SCHOLA,

decenter & devotè constituendo,

*ad d. XX. Decembr. M DC XCVI.*

*horis post octavam matutinis*

sub Moderamine

CHRISTIANI WEISII,

Gymn. Zittav. Rectoris,

consueto loco prosequuntur

OPTIMI ET CHRISTIANI JUVENES,

qui

non meriti, sed argumenti causa,

GRATIAM AC BENIGNITATEM

sibi pollicentur.



ZITTAVIÆ,

Typis Michaëlis Hartmanni,





Indum conticuerunt jubila, quibus explicandis occasionem haecenus praebuit FRIDERICUS AUGUSTUS SECUNDUS, o utinam undiquaque Secundus! EXOPTATUS ELECTORUM SAXONIAE HAERES. Cujus certe pacificum & fortunatum augmentum nemo suis precibus non prosequitur, nisi quem Saxoniae simul, & Germaniae charitas deseruerit. Sane populus ad clamandum & gaudendum facile paratus est, quoties aulae dominantis solennitas eam praescribit legem: nec felices statim credimus cives, quos in festivo tumultu vel strepitu deprehendimus externa specie latiores. Sed hoc tempore vidimus, quantum valeat tenerior ac sincerior animi affectus, & quantum in conscientia tribui debeat veritati. Citius hic laetabamur: citius ad LAUDANDUM DEUM in templo properabamus: citius ipse verbi Praeco nobis audientibus exclamabat: BENEDICTUS DOMINUS QUI NON EST PASSUS, UT DEFICERET SUCCESSOR FAMILIAE TUAE, ET VOCARETUR NOMEN EJUS IN ISRAEL. *Ruth. IV, 14.* antequam ad nos pervenire posset expressum gaudendi mandatum. Nec ita gratulabamur, ut placere vellemus PRINCIPI: sed ideo placebat PRINCEPS, quod solidam Ipse gratulandi materiam nobiscum esset nactus. Infaustum videbatur sterilitatis omen: non quod ad neminem respicere posset nostra pietas; sed quod amare perpetuo cuperemus, cui devotus nec infelix amor semel fuisset consecratus. Faxit autem DEUS, ut provinciae, quibus integro fere seculo feliciter affulserunt JOHANNES GEORGII, ne labente quidem, quod imminet, novo Saeculo FRIDERICOS AUGUSTOS regioni, religioni, patriae felices, unquam desiderent.

Sed veniendum est ad rem nostram. Instant solennia Natalitia, quibus quidem satisfaciet tum ipsa templorum celebritas, tum cujuslibet, qui CHRISTUM dilexerit, devotio. Neque; tamen suis officiis satisfieri posse credit Gymnasium nostrum, nisi praeparatos ad hanc solennitatem dimittere queat Juvenes. Huc vero spectat exercitium, publica hac praescriptione commendandum. Cujus equidem tanto major futura nunc est gratia, quod primus hic annus illuxit, qui DONIS CHRISTI NATALITIIS Op-  
ti-



Optimum nostrum FRIDERICUM AUGUSTUM prosequetur, qui ut olim Nepotes ac Pronepotes his quoque donis laetantes amplectatur, suisque Virtutibus posteritati ulterius commendet; precamur.

Exercitium ipsum, more nostro multis quidem Oratoribus commissum, nullo tamen prolixitatis fastidio displiciturum, nunc delineare libet.

Initium facient Chori cantilenam praeparatoriam alternatim representantes.

I. II.

So kommt die Vorbereitung an/  
Und begehrt das Weinnacht - Fest/  
Denn die Zeit ist Ehren-werth/  
Was der Heilige Christ beschert.

Weil das Herz esingen kan;  
Das sich schon erblicken laßt.  
Da manch Kind zu sehn begehrt/  
Was der Heilige Christ beschert.

I. Wir sind zwar gering und schlecht/  
I. Was die stolze Welt veracht/  
I. Was man hier beschwerlich nennt/  
I. II. Seelig wer den Trost erkennt.

II. Doch in Gottes Huld gerecht.  
II. Wird durch Jesum hoch geacht:  
II. Wird erfreulich umgewendt.

II. Was hier in der Krippen liegt/  
II. Was den Frost im Stall erträgt/  
II. Was dem Kinde weh gethan/  
I. II. Seelig wer so glauben kan.

I. Das hat uns bey GOTT vergnügt.  
I. Hat uns dorte warm gelegt.  
I. Richtet uns viel Wollust an.

I. Nun wir glauben was er spricht:  
I. Hier ist keine Finsterniß;  
I. Seelig wer auff JESUM zielt!  
I. II. Seelig wer den Frieden fühlt.

II. Und das Wort betreugt uns nicht.  
II. Denn das Licht ist uns gewiß/  
II. Seelig wer ihn nicht verspielt!

I. II.

Also kömmt d er Freuden - Geist/  
Die zur schlechten Krippe führt/  
Der wohn uns auch jeso bey/  
Nächst der JESUS - Krippen sey.

Der uns eine Strafe weist/  
Und die Herzen wohl regiert.  
Daß hier eine Schafferey

Ipsos Hospites ad benignam, & qualem hactenus indulserunt, audientiam versibus Germanicis per vices excitare conabuntur.

Johann Christian Körner/  
Christoph Gottlob Mönch/  
Johann Carl Mönch/  
Johann Philipp Voigt/  
Zitta-Lusat.

Inde prodibit legitimus Exercitii Prologus

JOHANN. CHRISTOPH. von Gerßdorff/  
Nobilis Lusatus.

Qui non nulla praefatus de laetitia, quam attulit ELECTORALIS HAERES, ad AUGUSTUM se convertet, sub cujus imperio natus

)?(



natus AUGUSTISSIMUS noster SALVATOR, ac quibus  
encomiis Imperator ille fuerit à suis adulatoribus passim macta-  
tus, ut CHRISTI similitudinem referre videretur, explicabit.  
Hujus Orationem, ab AUGUSTO non discessurus, excipiet.

### AUGUSTUS Just/ Zitta-Lusat.

Ac summam diversitatem intercessisse, tum Romanorum Impe-  
ratore, tum nato JESULO, probabit: eo præsertim argumento,  
quod ille vixisset in Roma penitus marmorea; huic ægre patuis-  
set vel Stabulum vel PRÆSEPIUM.

Mentionem PRÆSEPII, velut huic tempori satis commo-  
dam arripit

### AUGUSTINUS Háyner/ Zitta-Lusat.

Ac in genere profeqvitur CHRISTI PAUPEREATEM, STA-  
BULI FRIGIDITATEM, PRÆSEPII DURITIEM,  
additis monitis, varia dici posse vel ex unico PRÆSEPII hic-  
roglyphico: si spectetur

MARIA, quæ Jesulum in præsepio collocavit.

ANGELI, quos primam præsepium mentionem fecisse, constat.

PASTORES, qui primùm ad ista spectacula fuerunt admissi.

### Gottlob Redlich/ Gorlic. Lus.

MARIÆ nos futuros similes dicet, si JESULUM in nostri  
CORDIS PRÆSEPIO collocemus, quippe Parentis anxiam  
agebant curam, ut Infans adeo tener, adeo pretiosus, adeo  
commendatus;

Postquam traditus esset RETINERETUR,

Postquam custodiendus esset FOVERETUR,

Ut uterq; Parens,

Postquam tot omina responderent, LÆTARETUR.

Eodem vestigio decenter pergens,

### JOHANNES JOACHIMUS CURTIUS,

Zitta-Lusatus.

Angelorum exemplo nos simul esse cupiet *ισαγγέλως*, seu quoniam  
sermone quam blandissimo nos ad præsepe ducunt, in ORE  
nostro PRÆSEPIUM fore conjiciet. Si nimirum loquamur,  
de PRÆSEPIO, quod ipsi vidimus.

de PRÆSEPIO, quod tantum continet DOMINUM.

de PRÆSEPIO, quod ab aliis simul adspici meretur.

Ita, quod reliquum est, facilius persequetur

### JOHANNES CHRISTOPHORUS ELSNE-

RUS, Friedeberga - Siles.

PASTORUM nos similitudinem habituros, si quod in oculis  
ipsi



ipsi gesserunt, nos etiam sic recipiamus; ut OCULI velut CHRIS-  
TI PRÆSEPIUM constituent. His etiam obversatur

Rei annunciatae VERITAS.

Veri Miraculi SUBLIMITAS.

Animi tot miraculis provocati SINCERITAS.

Absolutis, quæ primum expediri volebant, Meditationibus, ulterio-  
ra proponet

**Gottlob Ehrenfried Gampe / Zitta-Lusat.**

Is enim PRÆSEPIUM constitui posse credet in TEMPLO;  
in CURIA, in singulis Civium ÆDIBUS, in SCHOLA;  
Conversus autem ad Templum, PRÆSEPE velut cathedram  
aut suggestum venerabitur, unde concionantem audiamus pueru-  
lum, vel antequam loqui discat, eloquentissimum. Quippe pau-  
peribus & miseris ad Stabulum accedentibus in Concione sua  
probat;

Singularem EFFICACIAM.

Mirificam PERSPICUITATEM.

Plenissimam CONSOLATIONEM.

Ad CURIAM, CHRISTO velut fovendo & custodiendo desti-  
natam perget

**HEINRICUS Siegel / Schneeberga-Misnic.**

MAGOS enim ad præsepis spectaculum properantes, vel ideo  
dicet: SAPIENTES, nostrisq; PATRIÆ PATRIBUS non  
dissimiles, quod

STELLAM præsepis indicem sequuntur,

PUERUM ibi collocatum adorant,

DONIS eundem lautissimis venerantur.

Quid in ÆDIBUS nostris cum ipso PRÆSEPIO compara-  
ri debeat, explicabit

**JOHANNES FRIDERICUS SCHKADE,**

Wratistay. Siles.

Præ oculis enim versari sentiens MARIAM & JOSEPHUM,  
stabuli miseros & obscuros, sed tamen incolas: PRÆSEPE  
non minus hic inveniri posse demonstrabit, si virtute non dis-  
simili probent

Animum sua Sorte CONTENTUM.

In quolibet negotio SEDULUM.

Deiq; fortunantis auxilio RELICTUM.

Ita PRÆSEPIUM in SCHOLA constituendum dicet

**CHRISTIANUS Ehrenfried Hübner /**

Zitta-Lusat.

Is ad ipsum JESULUM in his cunis collocatum respicere ju-  
bebit



bebit singulos & suos commilitones; ut ejus exemplo cogno-  
scant;

Placidum OBSEQUIUM,

Facile NUTRIMENTUM,

Swave DELICIUM.

Clausulam imponent Germanicis Rhythmis inter se concer-  
taturi:

Gottfried VOPELIUS, Zitta-Lusat.

Gottfried Scholke. Zitta-Lusat.

George Gottfried Rasper. Landsh. Siles.

Johann Jacob Frieße. Zitta, Lusat.

Discessuris autem alterni denuo Chori succinent Melodiam si ver-  
ba spectes, novam, si modulos, veterem.

I.

Ehre sey **DEZ** / in der Höhe /  
Friede auff Erden /  
Und den Menschen ein Wohlgefallen.

**A**ch hört auff dieses Lied!  
Denn was die Engel singen /  
Das muß im Herzen klingen:  
Es muß daselbst bekleiben /  
Und ewig fruchtbar bleiben.

So wahr uns **JESUS** gerne sieht:  
Ach seht auff dieses Lied.

Die Ehre der Friede des Höchsten Gefallen  
Sind ferner beysammen / und würcken in allen.

II.

Ehre sey **DEZ** / repet.

Es ist das rechte Lied;  
Der Himmel steht uns offen /  
Da werden wir zum hoffen /  
Zum Glauben und zum Lieben /  
Beweglich angetrieben:  
Weil unser Glück in **JESU** blüht.  
Es ist das rechte Lied.

Der Himmel ist gnädig und läffet auff Erden /  
Die furchtsamen Herzen befriediget werden.

EV



## III.

Ehre sey **WIE** / repet.

Wir singen dieses Lied:  
 Und lassen **GOTT** zu Ehren/  
 Uns gleich als Engel hören:  
 Denn **JESUS** hat den Frieden/  
 Uns allerseits beschieden/  
 Krafft dessen sind wir unbemüht/  
 Und singen dieses Lied.

**GOTT** wolle nur fröhliche Tage vergönnen/  
 Daß eben die Lieder belustigen können.

## IV.

**GOTT** Lob vor dieses Lied!  
 Wir bleiben bey dem Thone/  
 Da **GOTT** mit seinem Sohne/  
 Die Stimmen selbst regieret/  
 Und uns zum Sternen führet.  
 Bis alles in der That geschieht/  
**GOTT** Lob! vor dieses Lied.

Jetzt wollen wir solches im Liede betrachten/  
 Im Himmel verhoffen wir bessere Weynachten.

Ehre sey **WIE** / repet.

Præscriptimus in compendio, quid a singulis expectari debeat: et si totum hoc exercitium compendii faciem habebit. Nam quod in juvenum eâ palæstra, cui præsentiam indulgere seniores debent, præcipuum esse solet, cibum ipsum præstabit PIETAS, condimentum BREVITAS. Quippe multos introducere loquentes, multi temporis non est, si potius, quàm benè dixerint, non quàm diu sermonem duxerint, observare velimus. Memores autem ultimam hanc fore labentis anni solennitatem, qua collectos in Auditorio PATRONOS, FAUTORES & AMICOS, ocalis, votis & ominibus prosequi liceat: ne penitus nos deserat fortunatum anni sequentis auspiciam, vel pietati, vel amori vel consuetudini tam sanctæ satisfacere conabuntur. Occupavimus id natalitiæ festivitatis spatium, quod intra spem & expectationem lætissima sibi præfiguratur. Inde ut fervens alioqui principium hic etiam sua caloris & devotionis documenta nobis probet, ac vicissim in animis nostris reciprocum observantiæ fervorem excitare dignentur, more nobis consveto h. e. cordibus ad omnia complacendi studia paratissimis, rogamus.

Efflu.



Effluat emeritus, dum finis hic imminet, annus,  
Jugiter & populos ad nova vota vocet.  
Objiciant rigidos præsepia frigida vultus,  
Duraq; sub stabuli tegmine duret hiems.  
Nos eqvidem verno velut undiq; sole calentes,  
Donantis Christi conspiciemus opes.  
Donorumq; gerat primaria nomina JESUS  
Cujus, & in stabulo, gratia sola placet.  
Huic tamen AUGUSTAM repetito fidere PA-  
CEM,

Conjungi videat Patria læta diu.  
In Templis resonet, quæ laudat Musica CHRI-  
STUM,

Atq; habeat Templi Curia sancta vicem:  
Quisq; suas Templi sub imagine dedicet ædes;  
Et velit in nostra Jesulus esse Schola.

Secula parturiunt varias infesta ruinas,  
Ipsa metum belli nuncia pacis habent.  
Sed, quem parturiens suscepit virgo puellum,  
Et quem pacificus jussit amare polus;  
Aspiciat longi Germania fessa laboris,  
Crescat ut a tanto nomine tuta salus.

*Nesciat imprimis armorum Zitta tumultus,  
Pacis at ingenuæ commoda cuncta sciat.*

*Scrib. e Gymnasio Zittaviensi die XIX. Decembris Anni præcipitis  
M. DC. XCVI.*

